

Incredulitas omnium peccatorum,
maximum.

Notetur etiam Prolepsis, vel præocupatio Christi, quam in peroratione adhibet. Potuisset enim aliquis objicere. Qui fit itaq; quod tam multi pereunt. Cum tamen D E U S mundum dilexerit, ut filium miserit? Resp: C H R I S T U S . Hæc est condemnatio: quod homines diligant tenebras magis, quam lucem: hoc est, desiderent magis peccata, quàm æternam salutem, magis obtemperent principi tenebrarum, quam Christo veræ luci venienti in mundum, nec mirum. Opera enim illorum mala esse, concludit ad hanc objectionis solutionem insigni Noemate; Omnis, qui malè agit, odit lucem.

Johan:1.

V S V S .

1. Ex his omnibus liquet DEUM non esse auctorem peccati, nec velle nostram damnationem, ex absolutâ aliquâ voluntate. Eze:33.

2. Cavendum omnibus, ne tenebras luci anteferant, &c.

✽(:)✽

M 4

IN